



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

X. Ea dispensatio usurpanda in negotiis disciplinæ non autem in negotiis fidei; exemplo Romanorum Pontificum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15591**

In Glosa margi-  
pali.

*servavimus, vestro ac Missorum vestrorum cun-  
cta volumus emendare judicio. Vbi recte adno-  
tatum est ex Alexandro Imolensi, idem ob-  
servari debere in Rege Francorum non recognos-  
cente superiorē, quod judex esse potest in sua  
causa.*

I X. Quod Alexander Imolensis Regibus  
nostris competere ait, consequentiā dūctā  
ex verbis Leonis quarti, ab iis in prima, se-  
cunda, & tertia dynastia observatum fuisse  
ostendimus. Vnde sequitur nec Regem nec  
regos magistratus aut officiales excommuni-  
cationibus vel aliis censuris eam ob cau-  
sam infictis obnoxios esse. alioqui majestas  
imperij minueretur, & à judicium ecclesias-  
ticorum arbitrio penderet. Itaque usus ille  
antiquus obtinuit in Gallia, ut proceres qui  
regiae curiae adsidebant, Baillivi, & appari-  
tores regij, non excommunicarentur Rege  
irrequisito. Quod in Normannia obser-  
vatum fuisse docent veteres chartæ anno mil-  
lesimo ducentesimo quarto: *Archiepiscopus  
vel Episcopus vel inferior persona non debet ferre  
sententiam excommunicationis in Baronē, vel in  
Baillivō, aut in Servientes Domini Regi, aut  
in Clericos domus sua, Rege non requisito, vel  
suo Seneschallo. Hanc consuetudinem ē Gal-  
lia in Angliam transvectit Rex Willemus  
Dux Normanniae & Angliæ domitor: quaे  
inter consuetudines regias in conventu Claren-  
donæ habitō anno M C L X I V. recensita,  
dein conquerente Thoma Cantuariensi Ar-  
chiepiscopo, libertatis ecclesiastica acerri-  
mo vindice, & martyre, ab Alexandro III.  
inter ceteras Romæ damnata est. Nullus qui  
de Rege tenet in capite nec aliquis dominicus  
ministrorum ejus excommunicetur, nec alicuius  
eorum terra sub Interdicto ponantur, nisi prius  
Dominus Rex, si in regno fuerit, conveniat, ut  
relatum de eo faciat; & ita ut quod pertinebit ad  
Regis Curiam, ibi terminetur, & de eo quod  
spectat ad Curiam ecclesiasticam, ad eandem mit-  
tatur, ut ibidem terminetur. In contentionibus  
de jurisdictione ecclesiastica & seculari ulti-  
mum judicium asseritur supremæ Curiae re-  
gni, licentiā ademptā Episcopis jus sibi cen-  
suri & excommunicationibus dicendi. Sed ab articulis Clarendonæ constitutis discessit  
Henricus II. in Anglia, conventionibus cum Legatis Romanæ Ecclesiæ depactis, ut  
anathemate solveretur quod in illum ob necem  
Thoma Cantuariensi injectum erat.  
Quamvis sic facta illa interpretetur Hen-  
ricus, apud Ioannem Sarisberensem, ut con-  
suetudines suis temporibus inductas, non  
autem veteres, damnatas existimet: *Quod  
consuetudines que tempore meo contra Ecclesiæ  
scrimea inductæ sunt dimittantur; quas quidem**

*aut paucas aut nullas esse simo. Attamen in con-  
sequentiam jurium Ecclesia Gallicanæ  
hunc usum saltem in Normannia ejus poste-  
ri retinuerunt, donec florentissima illa pro-  
vincia Coronæ Gallicæ consolidata est à  
Philippe Augusto; ut patet è chartis vete-  
ribus superius allatis. Reprobatio illa Alex-  
andri I II. & Concilij Lugdunensis decre-  
tum sub Gregorio X. Episcopos ad tue-  
dam jurisdictionem, excommunicationibus  
in judices seculares latis, animavit: quibus  
tamen magistratus non cedebant, ut vidi-  
mus ex Durando. Quare Reges nostrianti-  
quam regni consuetudinem, ne Officiales  
regij ob muneric sui executionem excom-  
municari validè possent ab Episcopis, pri-  
vilegiis apostolicæ sedis muniri curarunt.  
Hac privilegia jaçat Rex Carolus V. in re-  
scripto dato anno millestimo trecentesimo  
sexagesimo nono, quo edicitus ut Episco-  
pus Carnotensis ejusque Vicarij sententias  
excommunicationis revocent & annulent  
quas adversus Officiales regios ob conten-  
tionem de jurisdictione usurpata tulerant;  
vel judicio se sistant in Curia Parlamenti,  
super predictis Procuratori generali responsuri.  
Anno sequenti M C C I X X. Officialis Ro-  
tomagensis Archiepiscopi Baillivum regium  
publico anathemate damnavit, eo quod de  
Clerico quadam conjugato ob latrocinia  
perpetrata capitalem pœnam sumplisset, re-  
jecta remissione quam reus fieri petebat ad  
forum ecclesiasticum. Sed injuriam illam  
magistratui regio factam ultius est Rex Ca-  
rolus, ex Curiæ Parisiensis decreto. Præcep-  
pit enim ut absque mora sententias illas res-  
cinderet judex ecclesiasticus, & ad hujus  
mandati executionem bonis temporalibus  
captis cogeretur. Periculo decefforum cau-  
tores facti Episcopi, constitutionibus regij  
parentes, vel Curiarum summarum Arreſtis,  
vel saltem Consistorij regij Decretis, con-  
tentiones istas dirimendas relinquunt, mu-  
cronre gladij spiritualis in alios usus refer-  
vato.*

X. Quæ à me toto capite dicta sunt ita  
velim intelligi, si de jurisdictione tantum  
agatur, & de disciplina ecclesiastica. Nam  
si his contentionibus fides Christiana lade-  
retur, omnia pericula oppentina potius es-  
sent Episcopis quam ut præ socordia, aut  
metu, nefaris conatus assentirent aut  
conniverent. Sed exceptione illa adhibita  
posfunt conniventiam suam tueri, Romanorū  
Pontificum exemplo: qui in Professio-  
ne quam post electionem suam B. Petro  
nuncupabant, canones quidem & decreta à  
se observatum iri pollicebantur; sed infra-  
ctiones ab aliis factas aut emendatum, aut,

Matthaeus Paris, Et  
in Tom. Concil.  
Vide Sodenianum  
in Notis ad Ead-  
emnum pag. 168.  
169.

Lion. Sarib.  
pp. 100.

Codice ex 100.  
arc. 12. Depon-  
tis fere 12.  
Oratione 10.  
Tunc ne prob-  
ficiat 10.  
datur 10.  
Potes de Pape 1  
ratus 10.  
Intra 10.  
quies 10.  
cautere 10.  
non loquar 10.  
Oportet quies-  
fere 10.  
fere 10.  
de leviitate 10.  
pros 10.  
lute 10.  
restra 10.  
infractione 10.  
Lata. Et in in-  
qua 10.  
gredi 10.  
restra 10.  
infractione 10.  
Loce. Et in in-  
qua 10.  
gredi 10.  
restra 10.  
infractione 10.  
Sicut 10.  
fere 10.  
non loquar 10.  
Severus 10.  
ratus 10.

excep̄ta fidei causā , toleratum iri. Quā  
connivēta præcipue præstanta est iis re-  
bus quas imperio & auctoritate sua Princi-  
pes gerunt. Hoc docuit exemplo suo Grego-  
rius Magnus, qui ob ægritudinem deponere  
noluit Episcopum primæ Iustinianæ , et si  
rogatus à Mauricio Imperatore urbem alia  
ratione ab hostibus tutam esse non posse  
prætendente. *Hoc per nos , inquit , fieri nulla-  
tenus potest , ne peccatum in mea anima ex ejus  
depositione veniat , nisi Episcopus ipse vacatio-  
nem scripto petierit.* Quid si hoc petere ille no-  
luerit , quod piissimo Imperatori placet , quidquid  
jubet facere , in ejus potestate est . Sicut novit ,  
ipse provideat. *Nos tantummodo in depositione*

*talis viri non faciat permisceri. Quod verò ipse  
fecerit , si canonicum est , sequimur. Si verò cano-  
nicum non est ; in quantum sine peccato nostro va-  
lemus , portamus. Factum nempe tolerat in  
quo fides non ladebatur. Longè verò ab-  
sunt à ladeundæ fidei periculo Episcopi in  
isto Galliæ regno : quod iis auspiciis funda-  
tum est , ut Romana Ecclesia tuitio illi sit à  
divino numine commissa , quemadmodum  
Romani Pontifices observarunt ; ac prop-  
terea liquidò affirmare liceat , communia  
esse cum Romana Ecclesia hujus regni  
Christianissimi & florentissimi fata , quæ  
funt usque ad seculi interitum perdura-  
tura.*

procurante inter-  
cessione , tolerare ,  
sacerdotes canonicos  
& sacrae Pan-  
titutæ , ac divina &  
canonica mandata  
Dio cunctis  
cautelis .  
Videl. t. c. qd.

Decreti regij verba , quod in fine operis edendum suprà diximus in cap. xii.  
§. viii. libri secundi , sic habent.

*EXTRACT DES REGISTRES  
du Conseil d'Estat.*

**S**VR ce qui a esté représenté au Roy estant en son Conseil , par les Agents généraux du Clergé de France , Que le Parlement de Bourdeaux contre l'ordre de tout temps observé dans le Royaume , a cy-devant registré des Brefs de notre Saint Pere le Pape , sans Lettres patentes scellées du grand sceau , ny autre commandement de sa Majesté : Et d'autant que la plupart desdits Brefs sont obtenus à Rome par surprise , Requierent lesdits Agents qu'il plaise à sa Majesté , afin d'en empêcher l'abus , ordonner que d'oresnavant ils seront présentez aux Evesques dans le diocese desquels ils doivent être executés , pour donner leurs avis , & que défenses soient faites audit Parlement de Bourdeaux , & à tous les autres , d'enregistrer cy-apres aucun Bref de sa Sainteté sans Lettres patentes scellées du grand sceau , & sans avoir été présenté aux Evesques , & cependant que les Arrests du Parlement de Bourdeaux seront cassés & annullez , comme donnez contre les formes ordinaires . VEU lesdits Brefs des trentiesme Juillet & deuxiesme Aoust 1638. ensemble l'Arrest dudit Parlement portant enregistrement desdits Brefs du trentiesme Juillet 1639.

Oùy le rapport du Commissaire à ce député , & tout considéré : Le Roy estant en son Conseil , a cassé & annulé , cassé & annulé ledit Arrest du Parlement de Bourdeaux portant enregistrement desdits Brefs , comme donné au préjudice de la loy du Royaume . Fait sa Majesté tres expresses inhibitions & défenses à ladite Cour de Parlement de Bourdeaux , & à tous autres , de plus à l'avoir enregistrer aucun Bref sans Lettres patentes scellées du grand sceau . Et afin d'empêcher que les Brefs qui peuvent être obtenus par surprise ne soient executés au préjudice de la jurisdiction & des droits des Evesques , Vent & ordonne ladite Majesté qu'à l'advenir ceux qui obtiendront des Brefs ( excepté les Indults secrets de la Penitencerie ) les présentent aux Evesques dans les dioceses desquels ils doivent être executés , lesquels donneront leur avis dans trois jours après , pour lesdits avis présentez avec lesdits Brefs à sa Majesté , y estre pourvu ainsi qu'elle avisera estre à faire par raison . Fait au Conseil du Roy , sa Majesté y étant , tenu à Saint Germain en Laye le 14. Decembre 1639. Signé ,

BOUTHILLIER.

FINIS TOMI PRIMI.

